Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift

interrogemus illu: ut sciam reuerentia illi. et probemus patientia ipsi.
Morte turpissima condempnem illu. Erit enim ei respectus ex sermonib illi.
Hec cogitauerunt: et errauerunt. Excecauit enim illos malicia illoq: et nesci
erunt sacramenta dei. neq; mercede sperauerunt iustitie. nec iudicauerunt
honorem animarum sanctarum. quoniam deus creauit hominem inexterminabilem.
et ad ymaginem suae similitudinis fecit illum: invidia autem diaboli mors
introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illum qui sunt ex parte illius.
Vsque aut anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum mor
tis. Visi sunt oculis insipientium mori. et existimata est afflictio exitus illoq.
et abscessus iusto abierunt inexterminium: et quod a nobis est iter exterminii
illi autem sunt in pace. Et si coram hominib tormenta passi sunt: spes illoq in
mortalitate plena est. In paucis uexati in multis bene disponentur: quoniam
deus tentauit illos et inuenit illos dignos se. Tamquam aurum in for
nace probauit illos. et quasi holocausta hostie accepit eos: et in tempore erit
respectus illoq. Fulgebunt iusti: et tamquam scintille in arundineto dis
current. Iudicabunt nationes: et dominabuntur populis. et regnabit dominus illoq
in perpetuum. Qui confidunt in eo intelligent ueritatem. et fideles in dilec
tione acquiescent illi: quoniam donum et pax est electis illis: impii autem secun
dum que cogitauerunt correptionem habebunt: qui neglexerunt iusti et a deo
recesserunt. Sapientiam enim et disciplinam qui abicit infelix est. et uacua
est spes illoq. et labores sine fructu: et inhabitabilia sunt opera illoq. Mulie
res enim eoq insensate sunt: et nequissimi filii eoq. Maledicta creatura illoq
quoniam felix sterilis et incontaminata que non nouit thorum in delicto. habebit
fructum in respectione animarum sanctarum: et spado qui non est operatus pma
nus suas iniquitatem: non cogitauit aduersus deum nequissima. Dabitur enim
illi fidei donum electum: et sors in templo domini acceptissima. Bonoq enim
laboq gloriosus est fructus. et que non concidat radix sapientie: filii autem
adulteroq in consumatione erunt. et a semine thoro semen exterminabitur.